

Quid significant sequentia verba Psalmi IV, v.
6: "Multi dicunt: quis ostendit nobis bona?"

—^{ooo}—
MENSE JULIO.

Matthaeus parochus ære alieno gravatur, nullumque adhibet per annos plurimos medium ad debita solvenda, sub prætextu se ad id imparem esse. Interea tamen velocem equum, splendidam rhedam, libros superfluos, etiam organa apud se servat, non autem soluta; neque creditorum quidem litteris respondet. Haec agendi ratio publice noscitur, indeque oritur scandatum.

Honoratus, ejus confessor, poscit anxius: 1o An sibi liceat hunc parochum denuo absolvere; — 2o. Quænam illi præscribere debeat erga creditores.

Quomodo Lucius parochus, facultate gaudens bis in die divina celebrandi mysteria, calicem quo usus fuit in priori missa purificabit; — 1o. Si in eadem ecclesia bis celebravit; — 2o. Si in diversis locis.

—^{ooo}—
MENSE OCTOBRI.

(*Secretarii electio fit per scrutinium.*)

1o. Quid intelligitur per negativam, quid per positivam inspirationem Sacrae Scripturæ? Quid de utraque tenendum?

2o An inspiratio extenditur ad minimas circumstantias, et usque ad verba ipsa?

Cur Paulus Apostolus, in 2a epistola ad Corinthios, Cap. III, v. 7, 8, 9, mosaicam legem vocat *ministrationem mortis.....ministrationem damnationis*?